Instruendi sunt etiam exemplo[r]. Sic enim debet pater vivere ut[s] filius videat quomodo sit vivendum : *Prov. iiii,* [10] : *Audi, fili mi, et suscipe verba mea,* doctus meo exemplo. Augustinus : « Amat unusquisque sequi[u] viam parentum[u] ». *IV Reg., xviiii* [XIV, 3] legitur quod Amasyas *iuxta omnia que fecit Joas pater suus fecit.* Item, *IV Reg. xvii, .g.* [41] dicitur : *Filii eorum et nepotes eorum sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in presentem diem.*

Si pueri non corriguntur[w] verbo et[x] exemplo, tunc adhibenda sunt verb[er]a, iuxta illud[y] *Eccli. xxx,* [12] : *Tunde*[z] *latera eius dum infans est* [a]*; Prov. xii* [xiii, 24] : *Qui parcit virge odit filium*[b]. Augustinus [31]) : « Prohibitio[c] et eruditio contra istas, cum quibus nascimur, tenebras invigilant, et contra hos opponuntur impetus, plene tamen et ipse doloribus et laboribus. Quid enim sibi volunt multimode formidines, que cohibendis parvulorum adhibentur vanitatibus ? Quid pedagogi, quid magistri, quid ferule, quid virge ? Quid enim penis agitur, nisi ut imperitia debelletur et prava cupiditas infirmetur ? » Sed sicut dicit Augustinus : « Patres[c] equos suos domant a puericia, iuvenes autem suos despicientes irrefrenatos discurrere permittunt. Aves[d] autem pullos suos et fere fetus domant, ut aquila provocat pullos suos super eos volitans. Leo et lupus, ut dicitur, docent catulos capere predam[d]. Multa autem bona

[m] cum C — [n] tam... castigare *om.* C — [o] castigandi C — [p] quod C — [q] sic et Thobias filium instruebat *add.* C — [r] exempla C — [s] quem C — [u] *om.* C — [w] corrigantur C — [x] vel C — [y] iuxta illud] secundum C — [z] tende C — [a] ne indurus *add.* C — [b] sed sicut dicit *add.* C — [c] prohibitio... patres *om.* C — [d] aves... predam *om.* C —

30a) Petr. Lomb., *Collectanea* (PL 192, 218 A).
31) *De civitate Dei,* XXII, 22, 2 (PL 41, 785 A; CSEL 40, p. 636).

proveniunt ex verberatione filiorum quia[e] sic de corde stulticia expellitur ». *Prov. xii* [xxii, 15] : *Stultitia colligata est in corde pueri et virga discipline fugabit eam.* Aliud bonum est quia sic acquiritur sapientia : *Prov. xxxi* [xxix, 15] : *Virga atque correctio tribuit sapientiam.* Item[f], liberat a morte : *Prov. xxiii,* [14] : *Tu virga percutis eum et de inferno liberas*[g] eius animam[h].

[9] De instructione[i] per patrinos.

Dicto[j] quod parentes tenentur instruere filios, videndum est de patrinis qui illos[k] quos de sacro fonte susceperunt debent instruere. Unde[l] Augustinus 32) : « In[m] baptismo pactum cum Deo fecistis. Quidam per se, quidam per fideiussorem qui eum de sacro fonte suscepit ». Unde *De consecratione*[m], distinctione iiii[n] 33) : « Vos autem[o] tam viros quam mulieres, qui filios in baptismo suscepistis, moneo ut vos cognoscatis fideiussores apud Deum extitisse pro illis, quos visi estis de sacro fonte suscipere. Ideo semper eos admonete ut castitatem custodiant, iustitiam diligant, caritatem teneant. Ante omnia simbolum et orationem dominicam et vos ipsi tenete, et illis quos excepistis ostendite ». Et nota quod dicit castitatem custodiant quoad se, iustitiam diligant quoad proximum, caritatem teneant quoad Deum.

[10] De castitate puerorum.

Castitatem debent pueri custodire donec matrimonio coniungantur, ut dicit Augustinus : « Dignus est, inquit, ut vir[p] virginitatem suam usque ad nuptias custodiat[q] sicut fecit Ysaac[r]. Si Ysaac .xl. annorum existens sponsam duxit, in virginitate etatem omnem illam ducens, multo magis iuvenes qui in gratia sunt hanc phylosophyam addiscere oportet. Vos autem cum .x. milibus impleti fuerint sor-

---

e et C — f aliud bonum est quod *add.* C — g libera C — h et sic salvas *add.* C — i instruxione C — j viso C — k et ipsi C — l secundum C — m in . . . consecratione *om.* C — n de consecratione qui ita dicit *add.* C — o omnia *add.* C — p *om.* C — q custodiant C — r de quo legitur *add.* C —

---

32) Cf. Audoenus, *Vita s. Eligii,* II, 15 (PL 87, 525 C) = Ps. Aug., *De rectitudine catholicae conversationis,* 2 (PL 40, 1169-1170). Cf. E. Portalié, *« Augustin », Dict. théol., cath.,* I, 2310; E. Dekkers, *Clavis patrum latinorum* (*Sacris erudiri* 3, 1951), no. 2094.

33) *Decretum Gratiani,* III, d. iv c. 105 (Friedberg I, 1394; PL 187, 1833).



dibus, tunc eos ad nuptias ducitis vane et inaniter[s] ». De Thobia[t] legitur quod cum[u] moveret pater suus[v] quod attenderet sibi ab omni fornicatione[w] respondit [Tob. v, 1] : *Omnia quecumque precipisti michi faciam, pater.* Si nunc[x] servarent virginitatem usque ad nuptias et tunc[y] provisionem Dei uxores acciperent — datur enim *a Domino proprie uxor prudens,* Prov. xxx [xix, 14] —, multa bona eis provenirent, sicut Thobiae et filiis suis, de quibus legitur Tobiae ultimo [xiv, 17] : *Omnis generatio eius in bona vita et in conversatione sancta permansit, ita ut accepti essent tam Deo quam hominibus et cunctis habitatoribus terre.* Quia, sicut dicit Chrysostomus super *Matheum* I, d. [4] 34) : « Qui secundum imperium Dei accipit uxorem a Deo provisam in virtute generat filios, et in[z] seipsis virtutem habentes et prevalentes. Qui autem accipiunt uxores ex provisione diaboli, id est, non religionis intuitu, nec fideles in infirmitate generant filios, nec[a] prevalentes, numquam, nisi in malo fortes et ad penam irreligiositatis sue, non ad gaudium, nec ad consolationem videntur[b] filios genuisse ». Item, super illud [Matt. 1, 5] : *Booz genuit Abeth,* dicit idem Chrysostomus 35) : « Abeth interpretatur subditus. Nunc autem qui divitias eligunt, et non mores, pulchritudinem et non fidem, et quod in meretricibus queri solet, hoc in coniugibus optant, propterea non generant subditos filios vel sibi vel Deo, sed contumaces contra se et contra Deum, ut filii eorum non sint fructus iuste[c] coniunctionis eorum sed pena condigna irreligiositatis eorum[d]. » De talibus potest dici illud *Sap. iii,* [12] : *Mulieres eorum insensate*[e] *sunt, et nequissimi filii eorum*[d].

Propter hoc patres et patrini semper moneant filios ut non currant ad coreas sed[f] fugiant[g]. Augustinus : « Non tenes promissionis tue fidem, modo ingrediens ecclesiam orationes fundere, postmodum in spectaculis cum ystrionibus impudice clamare ». Augusti-

---

s sicut Ysaac servavit virginitatem suam usque ad nuptias sic fecit *add.* C — t de quo *add.* C — u inter alia *add.* C — v moneret eum quod *add.* C — w et propter uxorem suam numquam pateretur crimen scire *add.* C — x si nunc] sic C — y secundum *add.* C — z *om.* C — a non P — b videretur C — c iuncte P — d propter hec et alia *add.* C — e incensate C — f *om.* C — g consortia lacimentum *add.* C —

---

34) *Opus imperfectum in Matthaeum* (PG 56, 618-619). Cf. G. Morin, *« Quelques aperçus nouveaux sur l'Opus imperfectum in Matthaeum », Revue Bénédictine* 37 (1925), 239-262.

35) *Ibid.* (619-620).

nus : « Demonum nundine theatra sunt ». Item Augustinus : « Non est fas introire in festivitatem satanicam ».

Ex[h] predictis patet quod multum fugiende sunt festivitates precipue chorearum, quia Deo multum displicent. Que festivitates et maxime choree quia multum displicent Deo dicit Dominus per Ysaiam [i, 14] : *Festivitates,* inquit, *vestras odivit anima mea, laboravi sustinens; iniqui sunt cetus vestri;* per Osee [ii, 13] dicit : *Visitabo super eam dies Balaym quibus accendebat incensum et ornabatur inaure sua et monili suo et ibat post amatores et mei obliviscebatur;* per *Ezechyelem* [xxv, 6] etiam dicit : *Pro eo quod plausisti manu et percussisti pede et gavisa es toto affectu super terram Israel, tradam te in direptionem gentium et interficiam te de populis.* De choreis require in *Summa de Viciis.*

Ante omnia pueri fugiant mulieres consilio Pauli dicentis [I Cor. vi, 18] : *Fugite fornicationes;* exemplo Joseph *) qui fugit relinquens pallium mulieri; precepto Domini, *III Reg. xi,* [2] : *Non ingredimini ad eas : certissime enim avertent corda vestra,* ut legitur

---

h ex ... mulieres [ p. 25, l. 10]] item augustinus : homo in anima introse occidit indendo ludos sollicitos consentiendo non prohibendo huiusmodi. Notandum quare mulieres fugiende sunt. Super autem omnia monendi sunt iuvenes ut fugiant mulieres sicut ioseph egipsiam et hoc consulit apostolus dicens [I Cor. vi, 18] : *fugite fornicationem.* Ratione huius reddit Ambrosius dicens : qui luxuriari incipit deviare a vera fide, ergo luxuria tollit bene vivere. *Iustus enim ex fide vivit.* Preterea Seneca : Nichil tam mortiferam ingeniis sicut luxuria est, ergo tollit bene discere; sic per luxuria amittit homo scientiam et virtutes que econtrario mendiciam acquiruntur. Sicut dicit beatus Anthonius : Puritas, inquit, innocentia conservata factus est et origo scientie et virtutis. Item, fugiende sunt mulieres quia dicit Ecclesiastes [VII, 27] : *Inveni mulierem morte amariorem, que laqueus est venatorum,* quia subtiliter capit sicut venator bestiam. Unde Prov. vi, [21] : *Irretivit eum multis sermonibus modisque plurimis.* Unde beatus Bernardus : Tantus est in mulieribus apparatus, tanta pompa vestium, tam subtilis et inexcogitata strictatura crininium, tam dolosi et astuti respectus earum, tam fraudulenti et fallaces incessus corporis quod omnia membra, que castitati debuerant, in castitatis periculum coniurasse videantur. Item [Eccles. VII, 21], *sagena cor eius,* quia omnes capit sicut sagena. Unde beatus Bernardus : Luxuria ubique serpit, ubique servit, ubique lenocinatur, nec est qui se abscondat a calore eius. Item [Eccles. VII, 21], *vincula sunt manus eius,* quia fortiter tenent. Unde in secundo Esdrae iv, legitur quod viri non possunt separari a mulieribus. Prov. ii, [19] dicitur : *omnes qui ingrediuntur ad eam non revertentur;* nec possunt quia, Prov. xxiii, [27] dicitur : *Fovea profunda meretrix, et puteus angustus aliena,* quia sicut de fovea profunda et angusta vix potest aliquis exire, ita vix potest aliquis effugere mulierem C — *) Gen. XXXIX, 19.



de Salomone. Immo subvertunt, ut legitur de senibus : Daniel [xiii, 56] : *Concupiscentia subvertit cor tuum.* Immo auferunt cor : Osee [iv, 11] : *Fornicatio aufert cor;* sed et corpus : dicit apostolus [I Cor. vi, 18] : *Qui fornicatur in corpus suum peccat.* Unde omnia perduntur per mulieres : unde Eccl. [ix, 6] : *Non des fornicariis in ullo animam tuam ne perdas te et animam tuam et hereditatem tuam.* Est luxuria ignis usque ad consumptionem devorans, ut patet in filio prodigo qui omnia consumpsit, et in rubem qui effusus est sicut aqua ne aliquid remaneret. Hiis et aliis causis plurimis fugiende sunt nimium mulieres[h].

[11] De iustitia puerorum[hh].

Debent etiam patrini monere quos de sacro fonte susceperunt ut iustitiam diligant, hoc est ut non sint usuarii, falsi mercatores, fures, raptores et huiusmodi, quia secundum quod[i] dicit Micheas [i, 7] : *Que de mercede meretricis congregata sunt usque ad mercedem meretricis revertuntur.* Poeta [35a]) : « Non habet eventus sordida preda bonos. » *Ysaias xxxiii,* [1] : *Ve qui perdaris ! Nonne*[j] *et ipse predaberis ?* Preterea talibus renuntiavimus[k], ut dicit Augustinus [36]) : « Abrenunciastis diabolo et omnibus pompis eius et operibus et ydolis, sortibus et auguriis, furtis, fraudibus, fornicationibus, ebrietatibus, mendaciis ». Et hec renunciatio debet fieri non solum verbo sed facto. Unde idem Augustinus : « Renuntiate diabolo non solum vocibus sed etiam moribus, non tantum sono lingue, sed etiam actu vite, nec tantum labiis sonantibus, sed etiam operibus renuntiantibus[l] ».

[12] De caritate puerorum[ll].

Debent etiam monere patrini filios ut[m] caritatem teneant, hoc est, quod Deum diligant et ecclesiam frequentent[n], iuxta illud [Matt. vi, 33] : *Primum querite regnum Dei.* Que[o] nos docuit facere Dominus exemplo suo, Matt. xxi, [12] : *Intravit Iesus in*

---

hh *om.* P — i secundum quod] sicut C — j non P — k renuntiamus baptismo C — l pronuntiantibus C — ll *om.* P — m quod C — n frequentant P — o id est ecclesiam quod C —

---

35a) Ovid., *Am.*, I, 10, 48.

36) Audoenus, *op. cit.*, II, 15 (PL 87, 525 C; PL 40, 1170 A).

*templum*. Ibi dicit *Glossa* [37]) : « Ingressus urbem primo templum adiit, dans formam religionis ». Ecclesiam debent frequentare universi maiores et minores quia ipsa est domus refugii contra demonum incursus : *Gen. xvii* [xxviii, 17] : *Terribilis est locus iste*[p]. Item, ibi[q] sunt scole Domini[r] ad instruendum fideles. Unde docebat eos in templo : *Joh. vii*, [14]; Ysaiae i [ii, 3] : *De Syon exibit lex et verbum Domini*[s] *de Jerusalem*. Item, est ibi locus orationis; *Matt. xxi*, [13] : *Domus mea domus orationis vocabitur; Joh. iv*, [20] : *Ierosolimis est locus ubi adorare oportet*. Item [Ac. Apos., II, 5], *in Ierusalem erant habitantes viri religiosi* quorum exemplo poterant instrui, attendi, informari advenientes. Sic precipue iuvenes debent ire ad ecclesiam ut ibi verbo predicationis instruantur, orationibus suis accendantur, exemplo advenientium moribus informentur.

[13] De instructione magistrorum[t].

Non solum autem[u] parentes aut patrini debent pueros instruere sed etiam magistri, quia et ipsi loco sunt parentum, sicut dicit Quintilianus [38]) : « Magna, inquit, adhibenda est cura ut teneriores animos a culpa defendat sanctitas doctoris ». « Sumat ergo parentis animum erga discipulos, et se in eorum locum succedere credat, a quibus[v] liberi traduntur ».

Discipuli autem doctores suos quasi parentes debent reputare. Unde Quintilianus[w] [39]) : « Discipulos ammoneo ut doctores suos non minus[x] quam ipsa studia ament, parentes que eos non corporum quidem sed animarum credant[y] ».

[14] De moribus magistrorum.

Notandum est[z] quod doctor debet esse plenus bonis moribus et a viciis alienus. Unde[a] philosophus : « Nemo recte monitoris persona suscipit nisi qui actibus suis errata condempnat et amorem innocentie conversatione demonstrat. » Quintilianus[b] [40]) : « Doctor vicia nec habeat nec ferat ». « Minime quod[c] sit iracundus, non tamen eorum que[d] emendanda erunt dissimulator. Interrogantibus libenter respondeat, non interrogantes ultro percuntetur[e] ». Idem [41]) : « Non solum carendum est crimine turpitudinis sed etiam suspicione ». Seneca [42]) : « Eligamus non eos magistros qui verba magna cum celeritate precipitant, sed eos qui vitam docent, qui cum dixerint quod faciendum est, numquam in eo quod fugiendum dixerint comprehenduntur ». Idem [43]) : « Elige adiutorem quem magis admireris[f] cum videris quam cum audieris ». Augustinus [44]) : « Desine inquirere nescio quem malum doctorem qui, si doctor est, bonus est; si malus est, doctor non est ». Boecius[g] [45]) : « Quisquis officium magistri prosequi desiderat universa morum honestate oportet ut polleat[g] ».

[15 De malis doctoribus.]

Et sciendum[h] quod inter malos doctores avarus multum est reprobandus qui neglecto profectu puerorum studet avaricie, qui magis cogitat quomodo pecuniam acquirat quam quomodo pueros instruat et informet. Et sciendum certissime quod avaricia magistrorum et bacellariorum super alia scolas magis[i] destruxit et profectum puerorum impedivit[j].

---

p demonibus *add.* C — q *om.* C — r deum P — s deum P — t de instruxione per magistros C — u *om.* C — v sibi *add.* C — w et spiritualiter diligere secundum Quintilianum qui dicit sic C — x nimis C — y [ibid. Quintilianus] Multum hec pietas confert studio; nam ad scolas leti convenient, dictis credent, correcti non irascuntur, laudati gaudebunt, et ut sint karissimi studio merebuntur *add.* C — z *om.* C — a dixit quidam *add.* C —

37) Rhab. Maur. (PL 107, 1040 B).

38) *Instit. orat.*, II, 2, 3, 5.

39) *Ibid.*, II, 9, 1.



b prima dixit *add.* C — c minime quod] minimeque C — d *om.* C — e [ibid., Quintilianus] : item doctor sit simplex in docendo, paciens laboris, assiduus potius quam modicus. In emendandis que corrigenda sunt non acerbus minimeque contumeliosus. Nam illud multos quidem fugat, quia quidam sic obiurgant quasi oderunt. Ipse aliquid, immo multa cotidie dicat, que secum differant. Licet enim satis exemplorum, satis ex lectione ad mittandum sputat, tamen viva illa, ut dicitur, vox alit plenius preceptoris quam discipuli, si recte sunt instituti, et amant et verentur. Vix autem dici potest quam libentius imittemur quibus favemus. *add.* C — f adiureris C — g *om.* C. *O begins here again with word* Boecius — h est *add.* O — i *om.* P — j et ideo pueri a doctoribus bene viventibus et bene docentibus debent instrui et diligenter informari *add.* O —

40) *Ibid.*, II, 2, 5.

41) *Ibid.*, II, 2, 14.

42) *Epist. mor.*, 52, 8.

43) *Ibid.*

44) *De lib. arbitr.*, I, 1, 3 (PL 32, 1223 D).

45) Not found in Boethius.

[16] In[k] quibus sunt pueri instruendi[k].

Quia dictum est a quibus pueri debent instrui, videndum est in quibus sunt[l] instruendi, scilicet[m] in fide, moribus, et scientia.

[17 De instructione in fide][mm].

Et primo de fide dicendum est[n]. Augustinus : « Nemo incipit nisi ab initio fidei », nam, secundum ipsum Augustinum [46]), « Fides in anima radix bona ». Unde idem Augustinus[o] : « Fides nobis primo[o] predicanda est, secundo spes, tertio caritas, ut fides credat, spes accipiat, caritas iungat[p] ».

Quia[q] in *Summa de Virtutibus* sufficienter dictum est de hiis[r], ibi de eis[s] requirendum. Pauca tamen de fide dicemus quia, secundum Augustinum [47]) : « Ubi de fide agitur, longo non est opus sermone ».

[18] De[t] multiplici acceptione fidei[t].

Est autem acceptio fidei per inspirationem, ut patet in Paulo, qui *non ab homine neque per hominem accepit eam, sed per revelationem Jesu Christi, Gal. i,* [1]. Item, per doctrinam : *Rom. x,* [17] : *fides ex auditu*. Item, per rationes naturales : *Rom. i,* [20] : *Invisibilis Dei*, etc. *Glossa* [47a]) « Opus fecit quod opificem visibilitate[u] manifestavit ». Gregorius in *Moralibus* : « Per verbum vocis manifestatur verbum mentis, sic per verbum exterius operis verbum unigenitum patris ». Item, per revelationem in figuris, ut Abraham.

Est autem fides modis omnibus[v] accipienda. Unde Augustinus in *Libro symboli* [48]) : « Accipite regulam fidei, quod symbolum

k in . . . instruendi] de instruxione in fide C — l sint C pueri *add.* P — m sunt autem instruendi C — mm *According to the chapter titles in the preface of P; no ms has a rubric here.* — n quia ut dicit *add.* C — o *om.* O — p idem Augustinus : nos in corpore ipsius Christi sumus, si tamen fides nostra integra sit in illo spes certa caritas accensa *add.* C — q de hiis *add.* C — r de hiis *om.* O — s de eis *om.* C — t de . . . fidei] de fide O — u invisibilitate O / sui *add.* C — v querenda et *add.* C —

46) *Enarr. in ps.*, 139, n. 1 (PL 37. 1803 C).

47) *Sermo* 215, *In reddit. symboli* (PL 38, 1075 D).

47a) Ambrosiaster (PL 17, 57 A); Petr. Lomb. (PL 191, 1326 D).

48) *De symbolo*, 1 (PL 40, 627 A).



dicitur. In corde scribite; cotidie dicite; antequam dormiatis, antequam[w] procedatis, vestro symbolo vos munite[x] ».

[19] Quare[y] symbolum sit compositum[y].

Quare[z] symbolum sit compositum dicit Maximus episcopus[z] [49]) : « Apostoli, inquit[a], misterium symboli tradiderunt ut[b] quia in uno Christi nomine credentium erat futura diversitas, signaculum[c] symboli inter fideles perfidosque[d] secerneret, et alienus a fide atque hostis appareret ecclesie qui aut tamquam baptizatus nescisset aut tamquam hereticus corrupisset. » Item, Maximus [50]) : « Hoc est symbolum, cuius veritas unumquemque credentium efficit Christianum; hoc est symbolum quod viventes sanctificat, et mortuos reducit ad vitam. » Augustinus [51]) : « Iste curationis ordo est ut baptizandi credant in Patrem et Filium et Spiritum Sanctum eo ritu quo[f] symbolum traditur, et a mortuis operibus[g] agant penitentiam[h] ». Augustinus [52]) : « Recte[i] Christiano nec auguria nec aliqua figmenta nocere possunt, quia ubi signum crucis[j] cum fide et timore Dei praecesserit, nichil[k] ibi nocere poterit inimicus. » Item, Augustinus [53] : « Sive iter sive quodcumque operis arripiatis[l], signetis vos in nomine Christi, et symbolum et orationem dominicam cum fide et devotione dicite; et nichil[m] vobis nocere poterit inimicus ». Idem Augustinus [54]) : « Sive sedeatis sive ambuletis sive lectum ascendatis sive a stratu surgatis, iugiter signum crucis muniat frontem vestram, ut vos semper

w in aliquo *add.* O — x item Maximus episcopus *add.* C — y quare . . . compositum] de simbolo quasi sit compositum C / *om.* O — z quare . . . episcopus *om.* C — a *om.* C — b *om.* P — c fidei *add.* P — d perfidos quia P — e christianum *add.* P — f quod CO — g operis C — h *C continues quotation of St. Augustine :* omniumque se omnino preteritorum remissionem in baptismo accepturos esse non dubitant, non ut peccare liceat sed ut peccasse non liceat. — i pari *add.* C — j *om.* C — k nullus O — l accipiatis P — m nullus O —

49) *Homil.* 83, *De tradit. symboli* (PL 57, 433 AB). Doubtful authenticity; cf. B. Capelle, « Les *Tractatus de baptismo* attribués à saint Maxime de Turin », *Revue Bénédictine* 45 (1933), 111, n. 1.

50) *Ibid.* (440).

51) *De fide et operibus*, 36 (PL 40, 221 C).

52) Audoenus, *Vita s. Eligii* (PL 87, 532 D); = Ps. Aug., *De rectit. cath. conversat.*, 9 (PL 40, 1175 D); cf. note 32, above.

53) *Ibid.* (528 A; 5, col. 1172 A).

54) *Ibid.* (531 C; 8, 1174-75).

Dei memoria vigilantes protegat et in sopore custodiat. Et quociens in nocte excitabit et sompnus evolaverit, mox labiis signum crucis occurrat mensque in orationibus occupetur, ac Dei precepta in corde volvantur, ne stupido pectori subrepat ad animam avidus inimicus. Et cum in sensu turpem suggesserit cogitationem, proponite[n] vobis[o] iudicium futurum, inferni supplicium, et statim turpis cogitatio evanescet[p] ».

[20 De bono Christiano[q].]

« Ille 55) bonus Christianus est qui nulla phylacteria vel inventiones diaboli credit, qui de fructibus suis non gustat nisi prius Deo offerat, qui stateras dolosas et mensuras duplices non habet, qui filios suos docet, et quociens sancte sollempnitates adveniunt[r], ante[s] plures dies castitatem etiam[t] cum uxore propria[u] custodit, ut cum[v] secura conscientia ad altare Domini possit accedere; qui[w] symbolum et orationem dominicam memoriter tenet et filios et familiam eandem docet ». Item, Augustinus[x] 56) : « Laborate ut nomen Christianum non sit falsum in vobis ». Item[y], Augustinus *De vita Christiana*[y] 57) : « Non[z] in hoc nobis nomine tantum, quod Christiani dicimur, blandiamur; sed propter[a] hoc etiam nos iudicandos credamus si[b] nobis hoc nomen frustra vendicemur[b]. Sutor[c] ut dicatur necesse est ut[d] calciamenta reficiat; <ut> vocetur quis faber artis peritiam facit; ut negotiator nuncupetur quis carius quod vilius emerat distrahit. Huiusmodi exemplis agnoscimus nullum nomen sine actu sed omne nomen ex actu. Quomodo ergo tu Christianus diceris[e], in quo nullus est Christiani[f] actus ? Christianus enim iustitie, bonitatis, integritatis, patientie, castitatis, prudencie,

n proposite O — o *om.* C — p Augustinus [PL 40. 1169-1170] : In baptismo pactum cum Deo fecistis per se, quidam per fidem iussorem, qui eum de sacro fonte suscepit *add.* C — q *rub. om.* O / item Augustinus add. C — r advenierunt C — s aut P — t *om.* O — u sua O — v *om.* C — w *om.* C — x de vita christiana *add.* O — y item . . . christiana *om.* O — z nec O — a per OP — b *om.* C — c quis *add.* O / enim *add.* C — d ut . . . exorare [p. 31, l. 9] *om.* C — e diceres O — f christianus O —

55) *Ibid.* (526-7; 3, 1171 AB).

56) *Ibid.* (527; 4, 1171 B).

57) PELAGIUS (Ps. AUG.), *De vita christ.*, 6 (PL 40, 1036 C, D-1037 A; also among works of Fastidius, PL 50, 389); cf. DEKKERS, *Clavis patrum latinorum*, no. 730, and P. GLORIEUX, *Pour révaloriser Migne* (Mélanges de sciences religieuses, 1952; Cahier supplémentaire), p. 29.



humanitatis, innocentie, pietatis est[g] nomen; et tu illud quomodo defendis et vendicas qui de tam plurimis rebus nec pauca habes vel[h] facis ? » Item, Augustinus 58) : « Christianus ille est qui non nomine tantum sed et opere Christum in omnibus imitatur et sequitur; qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus est; cuius in pectore sola pietas consistit et bonitas, qui nemini novit nocere vel[i] ledere ». Item, Augustinus 59) : « Ille Christianus est qui exemplo Christi nec inimicos novit odire sed magis adversantibus sibi benefacere[j], et pro persecutoribus suis et hostibus exorare[d] ». Item, Augustinus 60) : « Ideo Christiani facti estis ut semper opera Christiana[k] faciatis ». Idem Augustinus[l] 61) : « Oblationes et decimas ecclesiis offerre, luminaria sanctis locis iuxta id quod habetis[m] exibete[n] ». Item, Augustinus[o] 62) : « Omni die dominico ad ecclesiam convenite, et non causas aut rixas aut ociosas fabulas agatis; sed lectiones divinas cum silentio auscultate. Qui enim in ecclesiis fabulari non timet, et pro se[p] et pro aliis[q] redditurus est[r] rationem; dum nec ipse verbum Dei audit nec alios audire permittit ». Item, Augustinus 63) : « Obtestor ut nullas paganorum sacrilegas consuetudines observetis, non divinos, non sortilegas; nec pro ulla causa aut infirmitate eos consulere aut interrogare presumatis. Qui facit hoc malum perdit baptismi[s] sacramentum. Similiter auguria vel sternutationes observare nolite, aut in itinere positi aliquas aviculas cantantes[t] attendatis ». Item 64) : « Nullus Christianus observet qua die domum exeat vel qua revertatur, quia omnes dies dominus fecit; nullus ad inchoandum opus[u] diem vel[v] lunam attendat[o]. Nullus in kalendis januarii nefanda[w] vel ioculos faciat, neque mensem[x] super noctem componat. Nullus ad fana neque ad petras[y] vel ad fontes vel ad arbores vel per trivia luminaria faciat aut vota reddere presumat, etsi a clericis fiat et dicatur quod res sancta sit

g et O — h nec O — i nec P — j benedicere O — k christiani O — l *om.* CO — m habeti C — n exibere C — o item augustinus *om.* O / item . . . lunam attendat [l. 26] *om.* C — p pro se] ipse P — q alio O — r deo *add.* O — s baptisati O — t *om.* O — u *om.* O — v aut O — w vel ridiculos *add.* C — x mensas C / mensam O — y peccatis OP —

58) *Ibid.* (1037 A).

59) *Ibid.*

60) AUDOENUS, *op. cit.* (PL 87, 525 D; Ps. Aug., 3; PL 40, 1170 B).

61) *Ibid.* (527 B; 4, 1171 C).

62) *Ibid.* (530-531: 7, 1174 B).

63) *Ibid.* (528 A; 5, 1172 A; *Mon. Germ. hist., SS. rer. Merov.*, IV, p. 705).

64) *Ibid.* (528 AB, C; 5, 1172 A, B; IV, p. 705, 706).

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIOEVALE FACOLTÀ DI MAGISTERO Università di Bologna

et in lectione divina contineatur, quia non est in eis remedium Christi sed venenum diaboli ». « Si [65]) quos[z] cognoscatis vel occulta[a] philacteria[b] exercere, expedit ut nec cibum cum eis sumatis nec ullum consortium apud illos[c] habeatis ».

[21] De instructione puerorum in moribus[cc].

Dictum est de fide. Nunc autem de moribus in quibus instruendi sunt pueri videamus[d]. Ambrosius *De officiis* [66]) : « Est bonorum adolescentium timorem Dei habere, deferre parentibus, honorem habere senioribus, castitatem intueri, non aspernari humilitatem, diligere clementiam, conservare verecundiam, que ornamento sunt in minori etate[e] ». Cyprianus *De iustitia* [67]) : « Sicut in senibus sobrietas et morum perfectio requiritur, ita in adolescentibus obsequium et subiectio et obediencia ». Origenes : « Pedes qui currebant[f] ad demonum templa nunc currant ad ecclesiam; qui currebant[f] ad effundendum sanguinem nunc currant ad liberandum manus; que aliena rapiebant nunc largiantur sua. Oculi qui circumspiciebant ad mulieres aut ad alienum aliquid concupiscendum nunc circumspiciant pauperes ad miserendum; aures de vanis et de detractionibus convertantur[g] ad audiendum verbum Dei ». Hieronymus[h] ad Nepotianum de quodam [67a]) : « Sermo eius et omne convivium erat de scripturis; aliquid proponere, libenter audire, verecunde respondere, recta suscipere, prava non acriter confutare,

z quem CO — a occulte C — b aliqua P — c illum O — cc de . . . moribus *om.* O — d de hoc dicit *add.* C — e de hoc dicit Leo papa *) : Non ad ludicra infantie et ad imperfecta nobis primordia revertendum est sed id quod etiam graves animos deceat. Inde sumendum est velox commotionum transitus, citus ad pacem recursus, nulla memoria offentionis, nulla dignitatis cupiditas; amor socie communionis equalitas naturalis. Magnum bonum est nocere non nosci et maligna non sapere quia inferre iniuriam ac referre mundi huius prudentia est; nemini autem malum pro bono reddere christiane est equinimitas infancie *add.* C — f querebant P — g nunc *add.* O — h Hieronymus . . . studium [l. 33, l. 12] / dixit quidam pueri maliciam nesciunt, fraudare non noverunt, refirire non audent, opes ignorant, scrutari honorem ambitione non appetunt C — *) *Serm.* 37. 4 (PL 54. 259).

65) *Ibid.* (530 D; 7, 1174 B).

66) I, 17 (PL 16, 42 D).

67) *De XII abusivis saeculi,* 3 (PL 4, 871 B; CSEL III, 3, p. 155). Cf. DEKKERS, *Clavis,* no. 1106.

67a) *Epist.* LX (*Ad Heliodorum Epitaphium Nepotiani*), 10, 8 (PL 22, 595 D; CSEL 54, p. 561).



disputantem contra se magis docere quam vincere ». De sancto Basilio dicitur[i] [68]) : « Docebat discipulos[j] anime munditiam, impassibilitatem[k] corporis, gressum mitem, vocem temperatam, verbum bene ordinatum, escam et potum intumultuosum, ad seniores taciturnitatem, ad sapientiores auditionem, ad sublimes subiectionem, ad equales et minores caritatem non fictam, pauca dicere, plurima audire; non temerarios in verbo, non superhabundare sermonibus, non faciles esse ad risum, verecundia ornati, cum mulieribus irreverentibus non disputare, deorsum visum, sursum habere animum; fugere contradictiones, non magistralem usurpare dignitatem, nil existimare seculi honores ». Hoc est optimum studium[k].

[22] De honore parentum.

Debent boni pueri honorare parentes iuxta illud : *Exod. xx,* [12] *Honora patrem et matrem. Eccl.*[l] *iii,* [8] : *Qui timet Deum honorat parentes et quasi dominis serviet his qui se genuerunt : in opere et sermone et omni patientia*[l]. Augustinus [69]) : « Primus gradus pietatis iste est : honora[m] obsequiis, abstine[n] a contumeliis ». *Eccli. iii,* [14] : *Non contristes eum in vita illius*[o]. Augustinus[p] [70]) : « Nec vultu quidem ledenda est[q] pietas parentum ». Si[qq] vis effugere infamiam a populo[r] et maledictionem a Deo[s], honora parentes. *Eccli. iii,* [18] : *Quam male fame est qui reliquit patrem ! Et est maledictus a Deo qui exasperat matrem. Eccli. iii,* [7] : *Qui honorat patrem suum*[t] *vita vivet longiore*[u]. Johannes[v] Chrysostomus : « Jure amittit esse quod est qui spernit illos a quibus habet esse quod est ». Item, *Eccli.* [iii, 6] : *Qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis.* Unde Chrysostomus [71]) : « Vere quicumque est subditus Deo et parentibus suis, tales filios generat, Deo prestante, a quibus refrigeretur[w], quoniam qui honorat patrem honorabitur a filiis. Qui

i quia *add.* O — j pueros O — k impossibilitatem O — l Eccl. . . patientia *om.* C — m et *add.* C — n et abstineas C — o ipsius P / Eccli . . . illius *om.* C — p quia C — q *om.* O — qq si . . . parentibus [p. 34, l. 3] *om.* C quod fecerunt in parentibus *om.* O — r a populo *om.* O — s a Deo *om.* O — t *om.* P — u econtra *add.* P — v *om.* O — w honorabitur O —

68) *Vita s. Basilii,* 3 (PL 73, 299 BC).

69) AMBROSIUS, *Expos. Evang. sec. Luc.,* VIII, 74 (PL 15, 1788 A).

70) *Ibid.*

71) *Opus imperf. in Matth.* (PG 56, 620 A). Cf. note 34, above.

autem contumaces existunt aut in Deum aut in parentes, generantes non refrigeria sibi generant sed dolores, ut a filiis suis recipiant quod fecerunt in parentibus[qq] ». [Ambrosius] [72]) : « Honora tuos quia filius Dei suos honoravit; unde [Luc. ii, 51] : *Erat subditus illis* ». « Est autem honor non solum honorificentie sed etiam largitatis. Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam. Et si paveris matrem, non adhuc reddidisti dolores, non reddidisti[x] obsequia quibus illa te gestavit, non reddidisti[x] alimenta que tribuit tenero pietatis affectu. Tibi illa[y] jejunavit, tibi illa manducavit, tibi[y] vigilavit, tibi flevit, et illam egere pacieris ? » « Si non propter gratiam et salutem, propter verecundiam pasce ».

Ambrosius [73]) : « Erat Ysaac deferens patri honorem eo usque ut adversus paternam voluntatem nec mortem recusaret. Joseph quoque cum sompniasset quod sol et luna et stelle adorarent eum, sedulo tamen obsequio differebat[z] patri. Castus ita[a] ut non[b] sermo[c] erat[d] quem audire vellet nisi pudicum, humilis usque ad servitutem, verecundus usque ad fugam, paciens usque ad carcerem[e], remissor iniurie usque ad remunerationem, cuius tanta fuit verecundia ut comprehensus a muliere vestem in manibus eius fugiens mallet relinquere quam verecundiam[f] deponere ». « Pulchra [74]) virtus[g] est adolescentium[h] verecundia et suavis gratia, que non solum in factis sed etiam in ipsis spectatur sermonibus; ne modum progrediaris loquendi, ne quid indecorum sermo resonet tuus. Speculum mentis plerumque in verbis refulget ».

De Suzanna legitur [75]) : « Suzanna tacebat in periculis et gravius verecundie quam[i] vite dampnum putabat; refugiebat ora intueri virorum. Est enim in oculis verecundia, ut nec videre viros femina nec videri velit ». « Est [76]) etiam in ipso motu, gestu, incessu tenenda verecundia. Habitus enim mentis in corporis statu cernitur. Hinc homo cordis nostri[j] absconditus aut levior aut iactantior aut turbior[k] aut gravior et constantior et[l] purior et[m] maturior

x non reddidisti] nec O — y illa . . . tibi *om.* O — z referebat O — a etiam O — b nec P / ne C — c sermonem CP — d *om.* CP — e caritatem CP — f *om.* C — g enim O — h *om.* O — i quod C — j vestri P — k ebrior C — l constantior et *om.* O — m aut O —

72) *Expos. Evang. sec. Luc.*, VIII, 74, 75, 76 (PL 15, 1788 B, 1788 BC, 1789 A).

73) *De off. ministr.*, I, 17, 66 (PL 16, 43 A).

74) *Ibid.* 18, 67 (43 C).

75) *Ibid.* 68 (43 D - 44 A).

76) *Ibid.* 71 (44 D).



estimatur[n]. De moribus beati[o] Bernardi legitur [77]) : « Bernardus parentibus obediens et subditus; omnibus obediens, benignus et gratus, domi simplex et quietus, foris rarus, et ultra quam credi posset verecundus; nusquam multum loqui amans, Deo devotus, ut puram ei pueritiam conservaret ».

[23] De moribus virginum.

De moribus virginum dicit Cyprianus [78]) : « *Quomodo portavimus*[p] *ymaginem terreni, ita*[q] *portemus ymaginem celestis* [I Cor. xv, 49]. Hanc ymaginem portant discipline[r] Dei memores, iustitiam cum religione retinentes, stabiles in fide, humiles in timore, ad omnes tolerantias fortes, ad sustinendas iniurias mites[s], ad faciendam misericordiam faciles, fraterna[t] pace unanimes atque concordes. Que vos singula, o bone virgines, observare, diligere, implere debetis. Durate[u] fortiter, peragite spiritualiter, pervenite feliciter ».

Ambrosius, de moribus beate[v] virginis [79]) : « Virgo erat non solum carne[w] sed etiam mente; corde humilis, verbis gravis, animo[x] prudens, loquendi parcior[y], legendi studiosior; non in[z] incerto divitiarum sed in prece pauperis spem reponens; intenta operi, verecunda sermoni. Erat arbitrium mentis non hominem sed Deum querere; nullum ledere, bona velle omnibus, assurgere maioribus natu, equalibus non[a] invidere, fugere iactantiam, rationem sequi, amare veritatem. Quando ista vel[b] vultu lesit parentes ? Quando[c] fastidivit[d] humilem ? Quando[e] vitavit[f] inopem ? Nil torvum[g] in oculis, nil in verbis procax, nil in actu[h] inverecundum[i] ».

Beatus[j] Bernardus ad[k] quandam virginem[k] : « Signum est quod sis virgo Christi, si sis verecunda ad videndum, ad audiendum, ad loquendum, ad tangendum, ad omne quod impudicum est faciendum ». Sapiens[l] : « Verecundia est expugnatrix malorum, propugnatrix puritatis innate[m], specialis gloria[n] conscientie, fame custos,

n et *add.* C — o sancti O — p portamus O — q *om.* O — r discipule O — s mittes C — t superna OP — u durare C — v cuiusdam C — w grave C — x annis C — y patior C — z *om.* C — a *om.* O — b ut C — c *om.* O — d fastidiunt P fastiunt C — e *om.* O — f invitavit P — g timui C — h actum P — i verecundum OP — j *om.* O — k ad . . . virginem] de quadam virgine O — l philosophus C — m *om.* P — n gratia C —

77) *S. Bernardi vita prima*, I, 1, 3 (PL 185, 228 C).

78) *De habitu virginum*, 23-24 (PL 4, 464 A; CSEL III, 1, p. 204).

79) *De virginibus*, II, 7 (PL 16, 209 AB).

vite decus, virtutum[o] sedes, virtutum primicie, nature laus, insigne totius honesti[p] ». In predictis et similibus debent informari tam pueri quam puelle.

[24] De[q] scientia in qua pueri sunt instruendi[q].

Postquam dictum est de fide et de[r] moribus in quibus pueri sunt informandi, videndum est de scientia in qua[s] sunt instruendi. Circa quam consideranda sunt tria, scilicet, que sit[t] scientia in[u] qua pueri sunt instruendi[u], quomodo potest[v] acquiri[w], et[x] que utilitas acquirendi[x]. Et sciendum[y] quod instruendi sunt in scientia que magis et melius[z] dirigit ad salutem. Unde Bernardus : « Scire ea[a] prius amplius que curato que senseris viciniora saluti ». Johannes : « Discamus in terris[b] quorum[c] nobis scientia perseveret in celo[c] ». Hec est sapientia sanctorum, de qua[d] beatus[e] Bernardus dicit : « Invenisti sapientiam si prioris vite peccata defleas, si huius mundi[f] plane sapientiam si prioris vite peccata defleas, si huius mundi[f] desideria parvipendas, si etiam[g] eternam vitam toto desiderio concupiscas ». De hac[h] dicit Lactantius[80] : « Virtus cum scientia uncta est sapientia ». « Naturam[81] etenim hominis Deus hanc voluit esse, ut duarum rerum cupidus et appetens esset, scilicet, religionis et sapientie, et ideo homines falluntur quoniam aut religionem suscipiunt, omissa sapientia, aut sapientie soli student, religione omissa, cum alterum sine altero verum esse non possit[h] ».

o virtutis CO — p honesta C — q de ... instruendi] quod pueri debent instrui in scientia O — r *om.* O — s pueri *add.* C — t illa *add.* C — u in ... instruendi *om.* O / a qua sit petenda et C — v sit C — w querenda C — x et ... acquirendi *om.* C — y est *add.* O — z et melius *om.* C — a que *add.* C — b celis C / ea *add.* O — c quorum ... celo *om.* C — d quibus O — e *om.* CO — f Dei C — g *om.* C — h hac ... possit / tali scientia dicit Augustinus : ad obsianum est scientia defectuum profectuum perficiendorum de prima peccatorum psalmista [38, 5] : *sciam quid desit mihi;* de secunda Jere [3, 13] : *Scito iniquitatem tuam;* de tertia Bernardus : attende diligenter quantum proficis vel quantum deficis; de quarta Gregorius : que agenda sunt videant C / Eccli. x, [I, 20] : *Plenitudo sapientie timere deum.* Glossa [Rhab. Maur., PL 109. 768 D] : Qui magis timet magis sapiens est, et quanto sapientior, tanto fructibus bonorum operum plenior; non enim timor domini occiosus est. Deut. iiii, [5-6] : *sic facietis; observabitis et implebitis opere. Hec est enim vestra sapientia et intellectus coram populis* O —

80) *Divin. instit.*, III, 8, 32 (PL 6, 369 B; CSEL 19, p. 197, 9).
81) *Ibid.*, 11, 2 (376; p. 204, 16-20).



[25 Quare acquirenda est scientia[i].]

Debet autem acquiri sapientia quia secundum quod dicit Hugo[82] : « Primum in vita solacium est sapientie studium[j] ». Lactantius[83] : « Nullus est suavior anime cibus quam cognitio veritatis ». Tullius[84] : « Quid dulcius literato ocio ? » Hugo[85] : « Principium doctrine est in lectione, consummatio in meditatione. Quam quisquis familiarius amare didicerit[k], iocundam valde vitam reddit[l], et magnam in tribulatione prestat consolationem ». Unde Hieronymus : « Si quicquam est quod in hac vita sapientem virum teneat et inter pressuras ac turbines mundi equo animo manere

i *om.* CO / *C replaces chapter 25 with another one and gives a variant version of chapter 26. Here is the text of both chapters as given by C :* [cap. 25] a quo sapientia est petenda. Horum et similium a Deo petenda est instructio secundum quod beatus Jacobus dicit [i, 5] : *Si quis indiget sapientia, postulet a Deo.* Et non solum postulanda est sapientia, sed etiam augmentum sapientie secundum quod dicit apostolus Colo. i, [9] : *Postulantes ut impleamini agnitione voluntatis Dei in omni sapientia.* Petenda est etiam perseverantiam in sapientia ut homo maneat in sapientia : Eccli. xxvii, [12] : *Homo sanctus permanet in sapientia sicut sol.* Et iste qui permanet in sapientia beatus dicitur sicut scriptum est Eccli. xxiiii [xiv, 22] : *Beatus qui in sapientia morabitur.* [cap. 26] De modo acquirendi scientiam. Nunc videndum est quomodo sapientia sive scientia acquiritur. Et sciendum quod acquiritur per humilitatem : Prov. xi, [2] : *ubi humilitas, ibi sapientia.* Augustinus ad Paululum [Epist. 147, *ad Paulinam*, 1; PL 33.597; CSEL 44, p. 275] : qui didicerunt a domino Jhesu Christo mites esse et humiles corde plus cogitando et orando proficiunt quam legendo. Dixit quidam : inter sapientes sapientiores sunt humiliores. Est enim humilitas hauritorium sapientie secundum Gilebertum. Item acquiritur per orationem sicut dictum est [Iac. i, 5] : *Si quis indiget sapientia, postulet;* sicut Salomon qui dixit [Sap. ix, 4] : *Da mihi domine sedium tuarum asistricem sapientiam;* Sap. vii, [7] : *Invocavi* dominum, *et venit in me spiritus sapientie.* Item per bonam operationem : Eccl. xliii, g, [37] : *Pie agentibus dedit Deus sapientiam;* Ps [cxviii, 104] : *A mandatis tuis intellexi,* id est, ab observantia mandatorum. Item per laborem et studium. Dicitur super illud [III. Reg. I, 3] : *Invenerunt Abisag Sunaminitem.* Ibi dicit Johannes [Hier., *Epist.* 52, 3, 3; PL 22. 528 D; CSEL LIV, p. 417] : Iuvenes labore et ardentissimo studio, vite quoque sanctimonia et orationis frequentia scientiam consecuti sunt. — j *om.* O — k didiscerit P — l reddet O —

82) *Didascalicon*, I, 1 (PL 176, 742; ed. C. Buttimer, Washington, D. C., 1939, p. 6, 9).
83) *Divin. instit.*, I, 1, 20 (PL 6, 118 A; CSEL 19, p. 5, 5).
84) *Tusc. Disput.*, V, 105.
85) *Didasc.*, III, 11 (PL 176, 772 C; Buttimer [III, 10], p. 59, 20).

persuadeat, id esse vel primum reor meditationem et scientiam scripturarum ».

[26] Quo modo acquirenda est sapientia[m].

Et sciendum[n] quod acquiritur sapientia a Deo per orationem, a proximo per instructionem, a seipso per investigationem. Quod autem sapientia acquiratur per orationem dicit beatus *Jacobus* [1, 5] : *Si quis*, inquit[o], *indiget sapientia postulet a Deo, et dabitur ei*, sicut fecit Salomon, dicens [Sap. ix, 4] : *Da mihi, domine, sedium tuarum assistricem*[p] *sapientiam; Sap. viii* [7] : *Invocavi Dominum et venit in me spiritus sapientie.*

Acquiritur etiam per instructionem, sicut dicit Eccl. [vi, 34] : *Inclinavi modice aurem tuam et excepi*[q] *illam; si dilexeris audire, sapiens eris.*

Item per investigationem : *Eccli. li*, [20] : *A iuventute investigabam eam. Investiga eam et manifestabitur tibi; Eccli. vi*, [28], *Prov. xi*, [4] : *Si quesieris eam quasi peccuniam*[r], *et sicut thesauros effoderis illam*[s], *tunc intelliges.* Quere de hoc sermone : *Cum adhuc junior sum*[86]).

[27] De modo studendi.

Est etiam ad inquirendum[t] sapientiam necessarius[t] studendi modus[u] secundum quod dicit Hugo de Sancto Victore, qui de[v] studentibus ita dixit[w] [87]) : « Nostri scolares aut nesciunt aut nolunt modum congruum in discendo servare, et ideo multos studentes, paucos autem sapientes invenimus. »

Item [88]) : « Tria sunt studentibus necessaria : natura, exercitium, disciplina. In natura consideratur ut facile audita percipiat et percepta firmiter retineat; in exercitio, ut labore et sedulitate naturalem sensum extollat; in disciplina, ut laudabiliter vivens mores et

m *om.* O — n est *add.* O — o *om.* O — p assistitem O — q tuam et excepi] meam sapientie et accepi O — r invenies *add.* O — s eam P — t inquirendum . . . necessarius *om.* C — u ad hoc necessarius *add.* C — v *om.* C — w dicit O —

86) Below, no. 30.

87) *Didasc.*, III, 3 (PL 176, 768 C; Buttimer, p. 53, 23).

88) *Ibid.*, 6 (770 C; p. 57).



conscientiam[x] componat ». Item [89]) : « Qui doctrine operam dant, ingenio simul et memoria pollere debent, que duo in omni studio et disciplina ita sibi coherent ut si alterum desit, neminem alterum ad perfectum ducere possit[y], sicut nulla prodesse possunt lucra ubi deest[z] custodia. Ingenium invenit, memoria custodit sapientiam. Ingenium a natura proficiscitur, usu iuvatur; immoderato labore retunditur, temperato exercitio acuitur ». Tullius in *Rhetorica prima* [90]) : « Studium est assidua et vehemens animi ad rem aliquam applicata cum magna voluntate occupatio[a] ».

[28] Nota de familia regenda[b].

Nota quod debent instrui familie tam filii[c] quam filie, tam[d] servi quam ancille[d]. Unde Augustinus [91]) : « Regite filios vestros, regite[e] familiam vestram. Quomodo enim pertinet ad nos in ecclesia aliquos alloqui, sic ad vos pertinet[f] in domibus vestris agere, ut bonam rationem reddatis de hiis qui vobis sunt[f] subditi ». Item, Augustinus ad Eustachium[g] comitem[h] [92]) : « Pro omnibus tibi[i] subditis qui in domo tua sunt rationem Domino reddes ». Item, Augustinus [93]) : « Nolite diligere vitia in filiis, amicis, servis, et notis vestris, quia pro eis reddituri estis Deo rationem ».

Habenda[j] est ergo familia munda : *Ps.* [c, 6] : *Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat.* Item, fidelis : *Ps.* [c, 6] : *Oculi mei ad fideles terre*, etc. Item, humilis : *Ps.* [c. 7] : *Non habitabit in medio domus mee qui facit superbiam.* Sit itaque familia munda in se, fidelis proximo, Deo humilis et subiecta[j]. Faciendum est ergo[k] quod docet ipse[l] Augustinus de familia regenda : « Familie tue, inquit, cohibende sunt manus nec hoc solum exposcitur ut te solum castum immaculatumque custodias ». Non enim dicit Apostolus : *Te*

x *om.* P — y ducere possit] ducit O — z non est O — a applicatio P / Tullius . . . occupatio *om.* C — b *This chapter follows the second sermon in O* — c pueri P — d tam . . . ancille *om.* O — e rege OP — f *om.* P — g Eustatium C — h scripsit *add.* C — i *om.* C — j habenda . . . subiecta *om.* C — k *om.* C — l ipse *om.* CO —

89) *Ibid.*, 7 (771 B; p. 57, 14-22).

90) *De invent.*, I, 25.

91) *Enarrat. in ps.*, 50, n. 24 (PL 36, 599 C).

92) Paulinus de Aquileia, *Liber exhortationis*, 29 (PL 99, 226 A) = Ps. Aug., *Liber de salutaribus documentis*, 29 (PL 40, 1057 D). Cf. Glorieux (above, note 57), p. 29.

93) Ps. Aug., *Sermo de tempore barbarico*, 4 (PL 40, 703; cf. Glorieux, p. 27).

solum sed [I Tim. v. 22] : *Teipsum castum custodi*[m]. Instrue ergo familiam, hortare, custodi, et si te fefellerit, servulus prophetico deprehensus repudietur exemplo[n].

[29] De pauperibus[o].

*Voca pauperes, Luc. xiv,* [13]. Si vis obedire Deo, si vis misereri proximo, si vis premiari in futuro, *voca pauperes,* voca ad cenam corporalem, spiritualem, celestem. Est enim cena corporalis, de qua dicitur *Luc. xiiii,* [12] : *Cum facis prandium aut cenam,* etc. Est etiam et spiritualis, de qua dicitur *Apoc. iii,* [20] : *Ego sto ad ostium et pulso : si quis aperuerit mihi ianuam, intrabo ad eum et cenabo cum eo.* Est et celestis, de qua dicitur *Apoc. xix,* [9] : *Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt.*

Ad cenam corporalem vocandi sive compellendi sunt pauperes, exemplo discipulorum qui coegerunt dominum : *Luc. xxiv,* [17-23]; et exemplo Loth qui peregrinos *compulit oppido ut ad eum diverterent : Gen. xix,* [3]; Hieronymus ad Rusticum monachum [93a]) : « Non levi citatoque sermone et, ut ita dicam, summis labiis invitemus, sed toto mentis ardore teneamus quasi auferentes secum de lucro nostro atque compendio ».

Si cogendi sunt pauperes ad cenam corporalem, multo magis cogendi sunt ad cenam spiritualem, sicut dicit auctoritas : Non est magnum pascere ventres morientes sed magnum est pascere animas in eternum victuras. Pascitur autem anima et nutritur per gratiam, *Sap. xvi,* [25] : *Nutrici gratie tue deserviebant.* Pascitur verbo doctrine quia sermo Dei cibus est mentis, *Sap. xvi,* [16] : *Non nativitatis fructus pascunt homines sed sermo tuus.* Pascitur etiam devotionis dulcedine, *I Pet. ii,* [2] : *Lac concupiscite ut in eo crescatis in salutem.*

Ad cenam etiam glorie vocandi et compellendi sunt pauperes. Unde : *Compelle eos*[p] *intrare : Luc. xiiii,* [23], quia *beatus qui manducabit panem in regno Dei : Luc.* xiiii, [15]. *Glossa* [94]) :

m queritur ergo non solum tua ab huiusmodi nundinis sed etiam domus tue castitas *add.* C — n de castitate de iustitia seu fidelitate de caritate familie requiratur in titulo : de castitate puerorum. De pauperibus aliquit scribendum erat quos domus iubet vocari introduci compelli Luc. xiiii sed paratam non habeo prout talibus expediret *add.* C — o *C omits this chapter* — p illos O —

93a) *Epist.* 125, 14 (PL 22, 1080 B; CSEL 56, p. 133).

94) (PL 114, 309). Cf. Greg. M., *Homil. in evang.,* 36. 9 (PL 76. 1272 B).



« Qui mundi huius adversitatibus fracti ad Dei amorem accedunt, et a presentis vite desideriis corriguntur, quid nisi compulsi intrant ». Gregorius : « Mala que hic nos premunt ad Deum ire compellunt; ut ad cenas predictas compellamus pauperes, nos cogere debent communis natura, quia os nostrum et caro nostra sunt patris, caritas, quia mandavit unicuique de proximo suo nostra multiplex utilitas[q]. *Feneratur enim Domino qui miseretur pauperis,* » *Prov. xix,* [17]. Debent etiam pauperes incitari ad hoc quod libenter vadant ad ecclesiam, quia ibi dantur optime elemosine : *Jac. i,* [17] : *Omne datum optimum.* Ibi est dator largissimus qui dat omnibus affluenter. Ibi accipiunt omnes, quia [Luc. xi, 10] *omnis qui petit accipit.*

Notandum autem quod distinguuntur .vii. genera malorum pauperum. Primi sunt superbi, de quibus dicitur *Eccli. xxi,* [xxv, 3] : *Tres*[r] *species audivit anima mea, pauperem superbum*[r]. *Glossa* [95]) : « Qui contra conditionem paupertatis animo se extollitur ». Secundi sunt avari, qui aliena rapiunt et furantur. Hii quandoque meritis suis exigentibus ad paupertatem deveniunt : *Prov. xxii,* [16] : *Qui calumpniatur pauperem*[s] *ut augeat divicias suas, ipse dabit ditiori et egebit; Glossa* [96]) : « Constat quia rapaces et que pauperibus auferunt et que iuste videntur possidere perdunt »; *Abacuc ii,* [8] : *Quia tu*[t] *spoliasti gentes multas, spoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis.* Tertii sunt gulosi et luxuriosi. Quod patet in prodigo : Luc. xv; Salomon, *Prov. xvi,* [xxi, 17] : *Qui amat vinum et pinguia non ditabitur.* Quarti sunt accidiosi et pigri : *Prov. xxviii,* [19] : *Quoniam*[t] *qui sectatur otium replebitur egestate;* item, *Prov. x,* [4] : *Manus remissa operata est egestate;* item, *Prov. vi,* [9-10] : *Usquequo piger dormis ? paululum dormitabis et veniet tibi quasi viator egestas,* etc.; *Glossa* [97]) : « Quia pigritia nutrix est pauperitatis et penurie ». Quinti sunt mendaces : *Eccli. xiii,* [30] : *Nequissima paupertas in ore impii; Glossa* [98]) : « Que fraudulenter acquiritur[u] ». Sexti sunt impatientes in adversis : *Prov. xiii,* [8] : *Qui pauper est increpationem non sustinet.* Postilla[v] : « quia non habet scutum patientie quod opponat contra

q humilitas P — r tres . . . superbum *om.* O — s pauperes O — t *om.* O — u male disperguntur *add.* O — v *om.* O —

95) Rhab. Maur. (PL 109, 946 A).

96) (PL 113, 1105).

97) Beda, *Comment. in parab. Salom.* (PL 91, 960 D); Rhab. Maur. (PL 111, 703 C).

98) Rhab. Maur. (PL 109, 854 A).

ictus tribulationum ». Septimi sunt pauperes, sibi[v] similes calumpniantes : *Prov. xxviii,* [3] : *Vir pauper*[w] *calumpnians pauperes similis est imbri vehementi in quo paratur fames.*

Sunt etiam et boni pauperes, ut illi qui temporalia non habent nec habere volunt, sicut[x] apostoli et[x] apostolici viri. Talis paupertas multum est amanda, quia in multis iuvat : *Ps.* [cvi, 41] : *Adiuvit pauperem de inopia.* Primo juvat ad pugnandum contra temptationes : *Ysaiae xxv,* [4] : *Factus*[y] *est fortitudo pauperi; Ps.* [lxxi, 12] : *Liberavit pauperem a potente.* Item, iuvat ad proficiendum : tollit enim paupertas temporalium honus ut expedicius possit pauper in regnum celorum intrare. Super illud *Matt. xix,* [27] : *Reliquimus omnia,* dicit beatus Bernardus : « Bene, Petre, et non ad insipientiam tibi; non enim poteras sequi honoratus eum qui *exultavit ut gygas ad currendam viam* ». Item, iuvat ad eundum securius : Seneca : « In obsessa via pauperi pax est ».

Item, ad sanandum : Gregorius : « Quos iniquitas vulnerat paupertas sanat ». Item, ad emendum paradysum : Augustinus : « Venale habeo regnum celorum quo paupertate regnum dolore gaudium labore quies ignominia gloria more vita ». Item, facit habundare bonis spiritualibus : *II Cor. viii,* [2] : *Altissima paupertas eorum abundavit in divitias,* et illud [Luc. i, 53] : *Esurientes implevit bonis.* Item, facit delectare in Domino : *Deut. viii,* [3] : *Afflixit te penuria et dedit*[z] *tibi cibum manna.* Item, subtiliat hominem ut possit intrare *per angustam portam : Matt. vii,* [13]. Sicut non intratur in hunc mundum nisi cum paupertate corporali, sic in celum non intratur nisi cum paupertate spirituali : *Matt. xix,* [24] : *Facilius est camelum transire per foramen acus, quam divitem intrare regnum celorum.* Item[a], paupertas dat paradysum : *Matt. v,* [3] : *Beati pauperes, quoniam eorum est regnum celorum*[a]. Et hoc figuratum fuit[b] in facto Nabuzardan qui, divitibus deductis in captivitatem, reliquit pauperes in Ierusalem [cf. IV Reg. xxv, 11-12].

Propter hec et multa alia, sicut dictum est in *Summa de Virtutibus* [99]), amanda est paupertas, et sustinenda, sicut sustinebat quidam de quo legitur in *Vitas Patrum.* Legitur enim quod quidam pauper, cum esset in frigore magno, tectus matta cuius partem

[v] *om.* O — [w] si *add.* P — [x] sicut . . . et] ut apostolici ut P — [y] facta O — [z] dedi P — [a] Item . . . celorum] Math v et Luc vi O — [b] est P —

99) Cf. GUILLELMUS DE PERALDUS, *Summa de virtutibus et vitiis.*



habebat[c] subtus et aliam partem supra eum[d], cum prae nimio frigore esset in stridore dentium dicebat : Imperator ego[e] sum. Cum multi sint in carcere et in vinculis et aliis gravaminibus, ego autem liber sum et possum huc atque illuc pro voluntate mea me extendere vel ire quo voluero.

Legitur etiam de quodam qui diu vixerat cum sicco pane et habens solum denarium. Cogitabat quod emeret aliquid ad manducandum[f] cum pane suo[g]. Ecce pauper rogavit eum quod daret ei denarium et post multam altercationem inter carnem et spiritum dedit pauperi illum denarium[g], et cum manducaret siccum panem, attulit ei quidam .xx. solidos, et cum quereret quis ei mitteret, nuncius respondit : Expectat me dominus. Nota de vidua [cf. Luc. xxi, 2], que omnem victum suum misit. Nota de evangelio de divite et Lazaro, quod legitur ad terrorem gentium[h] divitum et consolationem pauperum [cf. Luc. xvi, 19-20]. Quomodo[i] honorantur pauperes in presenti a Domino et quanta eis bona conferuntur, quomodo in futuro premiabuntur, qui diligenter quesierit poterit[j] invenire.

[30] Sermo ad pueros in scholis[a].

*Cum adhuc junior sum, priusquam oberrem, quesivi sapientiam palam in oratione mea : Eccli. ultimo* [li, 18]. Circa verba proposita tria consideranda sunt, scilicet quid queri debeat sapientia, quod notatur ibi : *quesivi sapientiam;* tempus querendi[b] : *cum adhuc junior sum, priusquam oberrem;* modus querendi, cum subditur : *palam in oratione mea*[c].

Notandum quod est sapientia mala, vana, superflua. De prima : *Jac. iii,* [15] : *Non est ista sapientia desursum, sed terrena* in cupidis, *animalis* in luxuriosis, *diabolica* in superbis. Primi sunt de scolis[cc] : *Balaam, qui mercedem iniquitatis amavit, II Pet. iii,* [ii, 15]; secundi tenent *doctrinam* Iesabel, *que docebat fornicari et manducare, Apoc. ii,* [14]; tertii *tenent doctrinam Nicholaitarum, Apoc. ii,* [15].

De vana sapientia dicit Johannes[d] Evangelista ad Cratonem phi-

[c] habens P — [d] *om.* P — [e] factus P — [f] ad manducandum] quod manducaret P — [g] suo . . . denarium *om.* P — [h] *om.* O — [i] quando P — [j] poteris O — [a] in scolis *om.* P — [b] cum dicitur *add.* C — [c] *C adds here the text beginning Eccl. vi. 18,* p. 45, l. 13 - p. 46, l. 5 — [cc] sunt de scolis] tenent viam C — [d] Johannes . . . et morum] *C places this below, after : « tibi confiteri »* [p. 44, l. 8] —

losophum : « Sicut vana medicina est ex qua morbus non extinguitur, ita vana doctrina est ex qua vicia non curantur animorum et morum[d] »; Augustinus, in libro *Confessionum*, de astronomis[e] : « solis defectum futurum prevident et in presentia suum non vident »[100]) ; « Infelix homo, qui scit illa omnia, te autem nesciat; beatus autem[f] qui te scit[g], etiam si illa nesciat »; item, in quinto libro *Confessionum*[101]) : « Vanitas est mundana[h] ista etiam nota profiteri, pietas autem tibi confiteri »; *Sap. xiii,* [1] : *Vani sunt omnes*[i] *homines in quibus non subest scientia Dei.*

Est etiam[j] sapientia superflua, de qua Apostolus *Rom. xii,* [3] : *Dico omnibus vobis non*[k] *plus sapere quam oportet sapere, sed*[l] *sapere ad sobrietatem*[l]; *Eccli. vii,* [17] : *Non plus sapias quam necesse est; Prov. xxiii,* [4] : *Prudentie tue pone modum.* Hoc figuratum est *Exodi xvi,* [17-18], ubi dicitur quod manna colligebatur ad mensuram. Hanc[m] triplicem sapientiam exquirunt *filii Agar,* id est, mundani : *Baruch iii,* [23].

Sed querenda est[n] sapientia[o] ratione saporis : *Eccli. xxiiii,* [27] : *Spiritus meus super mel dulcis.* Item, ratione dulcis[p] : *Est enim speciosior sole et super omnem dispositionem*[q] *stellarum luci comparata : Sap. vii,* [29]; *Sap. vii,* [26] : *Est candor lucis eterne*[qq] quoad Filium, *speculum sine macula* quoad Patrem, *ymago quedam bonitatis illius* quoad Spiritum Sanctum. Item[r], ratione utilitatis, quia preciosa[s] : *Prov. viii,* [11] : *Melior est sapientia*[t] *cunctis operibus, et omne desiderabile ei non potest comparari.* Si[u] honores appetuntur, dicit *Sap. vii,* [8] : *Preposui illam regnis et sedibus;* si divitie, *divitias nichil esse dixi in comparatione illius;* si delicie, *super salutem et speciem dilexi eam.* Sed[v] *nescit homo pretium eius : Job xxviii,* [13]. Propter hoc *Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt : Prov. i,* [7].

Item, querenda est sapientia quia iuvat ad resistendum omni malo : *Eccle. ix,* [18] : *Melior est sapientia quam arma bellica; Sap. vii,* [30] : *Sapientia enim vincit malitiam,* ut cantat ecclesia.

e de astronomis *om.* C — f homo O — g sit O — h *om.* OP — i *om.* O — j autem P — k nisi P — l sed . . . sobrietatem *om.* O — m huiusmodi C — n scientia vel *add.* O — o sanctorum *add.* CO — p decoris OP — q *om.* O — qq *om.* C — r tertio C — s quia preciosa] est enim sapientia C — t est sapientia *om.* C — u si . . . eternum Sap. vi [p. 45, l. 7] *om.* C — v si O —

100) *Conf.*, V, 4 (PL 32, 708; CSEL 33, p. 93).
101) *Ibid.*, 5 (709; p. 94).



Et ideo dicitur[w] quia valet ad omne bonum operandum : *Sap. viii,* [5] : *Quid sapientia locupletius que omnia operatur ? Sap. ix,* [11] : *Deducet me in operibus meis sobrie.* Item, quia in fine ducit ad gloriam : *Sap. vi,* [21] : *Concupiscentia sapientie deducet ad regnum eternum. Glossa*[101a]) : « Qui eam docendo, discendo, operando assequitur, regni celestis coronam assequitur ». *Diligite sapientiam ergo ut regnetis in eternum : Sap vi*[u], [22].

Et nota quod sapientia est fugere mala : *Prov. xiiii*[y], [16] : *Sapiens timet et declinat a malo*[x]; item[y] facere bona, *Prov. x,* [5] : *Qui congregat in messe filiis sapiens est;* item sustinere mala : *Prov. xiiii,* [29] : *Qui patiens est multa gubernatur sapientia.*

Circa[z] secundum, scilicet[a], quando debet sapientia queri, sciendum est quod querenda est in iuventute[z] : *Eccli. vi* [18] : *A iuventute excipe doctrinam,* sicut dicit[b] *Eccl. li,* [20] : *A iuventute investigabam eam,* et exemplo salvatoris qui cum *esset* [Luc. ii, 42-46] *annorum .xii., sedebat in medio doctorum, audiens et interrogans illos,* monstrans quod in iuventute sit discendum. In huius rei signum[c] manna colligebatur[d] mane : *Exodi xvi,* [21]. *Que in iuventute non congregasti quomodo invenies in senectute ?* *) Quasi diceret : nullo modo, sed [Prov. v, 11-12] *gemens in novissimis, dicens : Cur detestatus sum disciplinam ?* etc.

Oportet etiam quod querat quis sapientiam priusquam oberret[e], *quoniam in malivolam animam non introibit sapientia : Sap. i,* [4]. Augustinus[102]) : « Errat quisquis se veritatem cognoscere putat, si adhuc nequiter vivat ». Quod testantur mali, dicentes : *Erravimus a via veritatis, et iustitie. Lumen non luxit nobis, et sol intelligentie*[f] *non est ortus nobis. Sap. v,* [6]. Super illud; *spiritus sanctus*[g] *discipline effugiet fictum, Sap. i,* [5] *glossa* Rabani[103]) : « Frustra sibi blandiuntur philosophi, heretici et falsi Christiani. Soli enim mundo corde sapientiam Dei possunt accipere ». Unde *Sap. vii,* [27] : *Sapientia in animas sanctas se transfert.* Antho-

w et ideo dicitur] item P — x Prov. xxii, [3] : Callidus videt malum et abscondit se *add.* C — y Prov xiiii . . . item *om.* O — z circa . . . iuventute] nota autem quod oportet quod sapientia queratur a iuventute iuxta illud C — a *om.* C — b excipe . . . dicit] accipe illam et O — c precipitur quod *add.* P — d colligatur C — e errent C — f iustitie P — g *om.* C —

101a) Cf. Rhab. Maur. (ad 6, 22; PL 109, 695 CD).
102) *De agone Christiano,* 14 (PL 40, 299 B).
103) *Glossa ord.* (PL 113, 1167). — *) Eccli. 25, 5.

nius : « Puritas innocentie conservata fons est origo scientie et virtutis ». Daniel, qui posuit[h] in corde suo ut non contaminaretur cibis gentilium, *accepit intelligentiam omnium visionum : Dan. i,* [7]. In figura huius preceptum fuit[i] ut qui accepturi essent[j] legem loti et parati essent [Ex. xix].

Circa tertium, scilicet, circa modum querendi sapientiam[k], notandum[l] quod sapientia potest queri multis modis, sicut dicit *Eccli. ultimo* [li, 20] : *Ambulavit pes meus iter rectum :* ecce bona vita; *a iuventute investigabam eam :* ecce studii diligentia; *Inclinavi modice aurem meam :* ecce magistrorum audientia; *Et excipe*[m] *illam :* ecce bene vivendo[n], diligenter studendo, libenter audiendo potest acquiri[o] sapientia. De primo : *Sap. ix,* [18] : *Si correcte sunt semite eorum qui in terris sunt, et que tibi placent didicerunt homines.* De secundo : *Eccl. vi,* [28] : *Investiga illam, et manifestabitur tibi. De tertio : Eccl. vi,* [34] : *Si dilexeris audire, sapiens eris.* Item, acquiritur sapientia[p] per correctionem : *Prov. xxix,* [15] : *Virga atque correptio tribuit sapientiam* quantum ad incipientes[q], qui verbo et verbere instruuntur. Item, per iustitiam : *Eccl. i,* [33] : *Fili, concupiscens sapientiam serva iustitiam, et Deus prebebit*[r] *illam tibi.* Et hoc quantum ad proficientes, qui laborant bene vivere [104]). Item, per orationem : *Jac. i.* [5] : *Si quis indiget sapientia, postulet a Deo, et dabitur*[s] *ei.* Et hoc quantum ad perfectos, qui quod petunt accipiunt. De hoc require in titulo *de scientia puerorum*[t] [105]).

---

h proposuit C — i preceptum fuit] precepti C — j erant C — k *om.* P — l nota P — m accepi O — n faciendo C — o scientia vel *add.* C — p *om.* O — q insipientes O — r implebit P probebit O — s dabitur ei *om.* C — t C *add. : Preparate corda vestra domino et servite illi,* I Reg. vii, [3]. Parandum est cor : Ps. [cvii, 2] : *Paratum est cor meum.* Item, stabiliendum : Heb. ult. [xiii, 9] : *Optimum est gratia stabilire cor.* Item, custodiendum : Prov. iiii, [23] : *Omni custodia serva cor tuum* quia si paratum esset cor et bene stabilitum, parum valent si non custodiretur. Debemus autem parare cor ad scrutandum, ad discendum, ad docendum. De primo [I Reg. vii, 3] : *Preparate corda vestra domino et servite illi soli.* De secundo, Eccli. ii, [20] : *Qui timent Dominum preparabunt corda sua, in conspectu illius sanctificabunt animas suas,* id est, mundabunt [Sap. i, 4] : *Quoniam in malivolam animam non introibit sapientia.* Quod figuratum est satis : Gen xxiv, [31] : *Ingredere, benedicte Domini; cur foris stas ? paravi domum,* id est, mundavi conscientiam ut recipiant sapientiam

---

104) Cf. *Glossa ord.* (PL 113, 1185).

105) Above, no. 24.



[31] Item, alius sermo[a].

*Congregate vos in domo discipline : Eccl. ultimo* [li, 31]. Videndum est que sit domus discipline, que disciplina, que congregandi causa. Domus discipline potest dici ecclesia in qua fuerunt[b] discipuli Domini quando baptizantur. De hac dicitur, *Ps.* [xcii, 5] : *Domum tuam decet sanctitudo in longitudine dierum* quia[c] in baptismo sit mundatio. In ecclesia debent omnes[c] libenter congregari quia[d] omnes debent ad ecclesiam libenter convenire[d]. Quere de hoc[e] in titulo : *De caritate puerorum* [106]).

Item, domus discipline possunt dici scole in quibus instruuntur discipuli[f]. De hac[g] dici potest illud *Ysaiae xi* [II, 3] : *Ascendamus ad montem Domini et ad domum Dei*[h] *Jacob, et*[i] *docebit nos.* Domus Jacob[i] possunt dici scole [107]) quia multa lucta est in acquisitione scientie. Ad scholas debent libenter boni discipuli[j] convenire.

Item, domus discipline potest dici[k] religio in qua discipuli[l] custodiuntur[m]. Hec est[n] *domus* bene *fundata supra*[o] *petram* [Matt. 7, 25] ut securi fiant qui ad eam confugiunt. In domo hac boni discipuli[p] sufficienter[q] instructi debent libenter[r] congregari. Sed quia parum est congregari in domo discipline nisi homo discipli-

---

que in animas se transfert. De tertio, Prov. xvi, [1] : *Hominis est preparare cor et gubernare linguam.* Apoc. viii, [6] : *Angeli preparaverunt se ut tuba canerent.* De hiis tribus : I Esdre vii, [10] : *Paravit Esdras cor suum ut investigaret legem* quantum ad se *et faceret* quantum ad Deum *et doceret* quantum ad proximum. Paratum est cor si sit humile, quoniam humilitas est hauritorium sapientie secundum Gilebertum*); si mundum, quod quoniam [Anthonius] **) : Puritas innocentie conservata fons et origo scientie et virtutis; item, si dilectione plenum : Eccl. ii, [10] : *Diligite illum et illuminabuntur corda vestra.* Stabilite corda vestra sicut domus fundamento, radice arbor, anchora navis; custodite corda vestra sicut vas celestis; thezauri linguam sicut portam castri; manus, id est opera, sicut fructus paradisi. Servandum est cor quia nihil ita fugitivum. Unde quidam : nichil corde fugacius quia fures inferni nichil libentius furantur quia nihil preciosius. — *) Above, p. 37. — **) Above, pp. 24, 46.

a Item alius sermo] in quo loco pueri debent instrui O / *om.* C — b fiunt CO — c quia . . . omnes] in hanc debent fideles C — d quia . . . convenire *om.* O — e de hoc] quia est C — f discipline CP — g domo *add.* C — h *om.* C — i et . . . Jacob *om.* O — j *om.* O — k potest dici *om.* P — l domini *add.* O — m conservantur C — n *om.* C — o firmam *add.* C — p pueri O / postquam *add.* C — q fuerunt *add.* C — r *om.* C —

---

106) Above, no. 12.

107) Cf. Hier., *Comment. in Isaiam* (PL 24, 44).

nam accipiat, propter hoc dicitur [Ps. ii, 12] : *Apprehendite disciplinam.* Nec hoc[rr] sufficit nisi custodiatur. Unde *ad Hebreos xii,* [7] : *In disciplina perseverate; Prov. iiii* [13] : *Tene disciplinam; Eccl. xli,* [17] : *Disciplinam in pace conservate.*

Est autem triplex[s] disciplina[t] : prima[u] est mentis informativa, secunda verborum ordinativa, tertia operum correctiva. Primam describit philosophus sic : « Disciplina est competens anime informatio ad id quod est utile et honestum », de qua *Eccli. ultimo,* [li, 34] : *Suscipiat anima vestra disciplinam.* De secunda : *Eccli. xxxix,* [11] : *Ipse palam faciet disciplinam doctrine sue.* Tertia sic describitur a Hugone 108) : « Disciplina est conversatio bona, cui parum est non malum facere, sed etiam in hiis que[v] agit et studet[w] irreprehensibilis apparere ».

Vel disciplina cordis[x] est, de qua[uy] *Eccli. i,* [34] : *Sapientia et disciplina timor domini,* disciplina oris[z] : *Prov. v.* [2] : *Disciplinam labia tua conservent*[zz], disciplina operis[a] : *Jac. iii,* [13] : *Si quis sapiens et disciplinatus inter vos, ostendat ex bona conversatione.* Vel disciplina cordis est : *non concupisces : Exod. xx*[b], [17]; [Jac. v, 12]. Oris : *sit sermo vester est, est; non, non, Matt. v,* [37]; [Matt. vii, 12] : *Omnia*[c] *quecumque vultis ut faciant vobis homines, et vos facite illis.* Sed que[d] disciplina cordis illius qui invidet superiori, odit patrem, contempnit inferiorem, vel que disciplina oris illius qui alterius bona diminuit, mala aggravat, indifferentia pervertit ? — iste sunt *tres ordines dentium in ore ursi, Dan. vii,* [5] —, vel que disciplina operis illius qui nocet perniciosis exemplis, sermonibus adulationis vel detractionis atque aliis mille modis ?

Causa ergo[e] congregandi in domo discipline est ut vitetur tempestas avaricie, diluvium luxurie, bellum superbie. De primo : *Exod. ix,* [19] : *Mitte iam nunc et congrega iumenta tua et omnia que habes in agro. Homines enim et iumenta et universa que inventa*[f] *fuerint foras et non*[g] *congregata de agris, cecideritque grando*

rr hec O — s *om.* C — t cordis oris operis de *add.* C — u prima . . . qua [l. 14] *om.* C — v *om.* O — w et studet *om.* P — x *om.* O — y dicitur *add.* O — z disciplina oris] Job xvi [xvii. 4] : Longe fecisti cor eorum a disciplina. De secunda *add.* C — zz de tertia Eccl. x. g. Pauper gloriatur *add.* C — a *om.* C — b Exod. xx *om.* C — c *operis* CP *om.* O — d est *add.* C — e autem P *om.* C — f *om.* C — g et non] nec C —

108) Gerard Ithier, *De institutione novitiorum,* 10 (PL 176, 935 A). Although Glorieux (above note 57), p. 68, ascribes this work to Ithier, R. Baron, (*Rech. de science religieuse* 43, 1955, 350, note 8), it was written by Hugh.



*super ea*[h], *morientur.* De secundo : *Gen. vii,* [6] : *Ingressus Noe et filii eius,* etc., in archam propter aquas diluvii. De tertio : *Josuae* [II, 18-19] : *Si patrem et matrem et fratres et omnem congregationem congregaveris in domum tuam. Qui ostium*[i] *domus tue egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius.*

Item, causa congregandi in domo discipline[j] est[k] quia nullum bonum potest venire ei qui est extra disciplinam. Unde *Job xvii,* [4] : *Longe fecisti cor eorum a disciplina; propterea non*[l] *exaltabuntur.* Item[m], quia multa mala veniunt ei qui est extra[n] disciplinam : *Eccl. xxi* [xx, 9] : *Est processio in malis viro indisciplinato; Levit. xxvi,* [23] : *Si nec sic*[o] *volueritis recipere*[p] *disciplinam,* etc. Item[q], vivit in miseria : *Prov. xiii,* [18] : *Egestas et ignominia ei qui deserit disciplinam et in fine veniet ei perditio; Ps.* [ii, 12] : *Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus*[r]. *Glossa* 109) : « *Apprehendite*[s] *disciplinam* quasi presidium adversus omnia que obesse possunt[t] ». Bernardus : « O quam compositum reddit omnem corporis[u] statum et mentis habitum discipline, cervicem submittit, supercilia ponit[v], vultum componit, ligat oculos, cohibet cachinnos, moderatur linguam, frenat gulam, iram sedat, incessum format ». Hugo[w] 110) : « Disciplina[x] omnis inordinatus[y] motus, atque illicitos appetitus[z] suffocat[a] ».

*Bonas facite vias vestras et studia vestra etc., Jere. vii,* [3]. Nota quod est via vite : *Jere. xxi,* [8] : *Ecce ego do coram vobis viam vite et viam mortis.* Est et via sapientie : *Prov. iii,* [iv, 11] : *Viam sapientie monstrabo tibi.* Est et via discipline : *Baruch iii,* [37] : *Omnem viam discipline adinvenit.* Viam vite tenent qui ambulant digne Deo : [cf. 1] Thes. ii, [12] : *Viam sapientie tenent qui in sapientia*[b] *ambulant;* Apostolus, *Col. iv,* [5] : *In sapientia ambulate.* Viam discipline tenent qui honeste ambulant : *Rom. xiii,* [13] : *Sicut in die honeste ambulemus.* Digne ambulandum est

h et *add.* O — i hostium P — j in domo discipline *om.* C — k *om.* P — l nisi OP — m vel P — n est extra] non habet C — o nec sic *om.* CP — p accipere O — q in vita ista *add.* C — r morietur quia non habet discipulus bonum ergo dat consilium qui *add.* O — s glosa apprehendite *om.* O — t immo facit omnia bona unde *add.* C — u hominis O — v supercilia ponit *om.* C — w de sancto Victore dicit *add.* C — x Hugo disciplina *om.* O — y inornatos C — z *om.* P — a *Here in C follows chapter 28 :* quomodo familia est instruenda — b in sapientia *om.* O —

109) Walafr. Strab., *Expos. in XX primos psalmos* (PL 114, 757).
110) Gerard Ithier (?), *op. cit.,* 10 (PL 176, 935 B).

propter meritum, sapienter propter periculum, honeste propter exemplum. Bone sunt vie si recte sint : *Ysaia* [xl, 3] : *Dirigite viam Domini, rectas facite semitas eius;* si munde et pacifice : *Prov. iii,* [17] : *Vie eius vie pulchre et omnes semite eius pacifice;* si perseverantes usque in finem : *Ps. xvi,* [5] : *Perfice gressus meos in semitis tuis; Glossa :* « ut stabilis maneam ».

Nota etiam quod est studium bonum quod pertinet ad viam vite, ut illud *Ps. ix,* [12] : *Annuntiate inter gentes studia eius*[c]. *Glossa* 111) : « id est, mandata eius in quibus studendum est »; *Act. xxiiii,* [26] : *In hoc et ipse studio sine offendiculo conscientiam habere ad Deum et ad homines semper.* Est etiam studium bonum quod pertinet ad viam sapientie, ut illud[d] *Prov. xxvii,* [11] : *Stude sapientie, fili mi*[e]. Est et studium bonum quod pertinet ad viam discipline, ut illud[d] *Eccl. xliiii,* [6] : *Studium pulchritudinis habentes.*

Hec autem breviter tacta sunt ut animadvertat qui legerit quam difficile sit senes a consuetis abstrahere[f], quam facile, quam utile, quam laudabile sit pueros instruere; non instruere[g], quam culpabile, quam dampnosum. Oro[h] ut quibus datum est scire melius detur et velle dicere meliora. Explicit.

ISTITUTO DI FILOLOGIA LATINA E MEDIOEVALE
FACOLTÀ DI MAGISTERO
Università di Bologna

c in quibus *add.* O — d ut illud *om.* O — e *om.* O — f extrahere O — g non instruere *om.* P — h oro . . . explicit *om.* P.

111) (PL (113, 858).

ST. NORBERTUSDRUKKERIJ,
P. V. B. A.
TONGERLO (ANTW.)